Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift

+ Et ecce uox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus. in quo mihi complacui; Quare in primo aduentu suo uidit ter iste spiritum di. descendentem sicut columbam. et uenientem super se.

et uenientem super se. Humorum quia uenebat te nobis in mansuetudine. in multitudine miseri. quia uenebat in spiritu pietatis peccatores non condempnare. sed ad penitentiam inuitare. Secundo cum uenerit non tunc columba superum apparebit. sed ignis in conspectu eius ardebit. Hoc iam secundo ter nostri dominus nostri in homine assumpto oleo letitie unctus est. Semel natus unctus iam fuerat in utero uirginis. quippe qui conceptus est non ex semine uiri sed ex operatione spiritus sancti. Ergo secundo hic sed in baptismo unctus est preparticipibus suis. id est omnibus sciis quos sui participes fecit. ut quod est ipse per naturam sint per gratiam. filii dei scilicet.

Sed de hoc alias. Nunc instantia persequamur. Hic est inquit filius meus dilectus meus. in quo mihi complacui. Quando uel quomodo iusto mihi complacuit. Tunc utique quando iusto principio celum et terram creauit. quando iusto omnia fecit. te inquam in eo mihi complacuit. testante scriptura cum dicit. Dixit deus. fiat lux. et facta est lux. et uidit deus lucem quod esset bona. dixit deus. fiat hoc et fiat illud. factumque est ita. et uidit deus quod esset bonum. itemque uidit deus cuncta que fecerat. et erant ualde bona. Sic iusto mihi complacuit. meo ipse iudicio comparatus quod operatus sit siue architectus esset bonus et iustus. Hec idcirco pater oportune dixerit. ne dubitet auditor beniuolus hunc filium dilectum illud esse uerbum per quod omnia facta sunt. et sine quo factum est nihil. Sed et te in iusto bonus deus sibi uiuacem complacere potuit. quando eum qui deus erat. propter caritatem suam hominem fieri et hominibus pati uoluit. Nullum enim umquam opus bonitatis laude dignum fecit.

Tunc ductus est in desertum a spiritu. ut temptaretur a diabolo. Et cum ieunasset. xl. diebus. et xl. noctibus. postea esuriit. Tunc accedens temptator: dixit ei. Si filius dei es. dic ut lapides isti panes fiant. A cetera. Quia filius iste erat. regis ad legitimum officium est in prima fronte contra hostem egredi. ac dubio multum in semetipso probere exempla uirtutis. ut cum ea gesserit. te demum maiori cum auctoritate exercitum cohortari possit. recte quoque et minuo docturus. primum temptationes nostras in semetipsum admisit et uicit. atque uincendo multitudinem suos uincere uoluit. Quare ad triplicem fraudulentam hostis temptationem perferre uoluit. Singulas considerem. cum generis unaquique sit intueamur: iam se ostendit altitudo rationis in humilitate temptationis.

Si filius dei es. dic ut lapides isti panes fiant. Temptatio hec nimis antiqua est. Nam ipsa est gula per quam primus homo temptatus atque illectus est. Non inquit in pane solo uiuit homo. sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.